Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in sui perfectione. omnem hanc suavitatem
et gratiam. ¶ Dignum dilecto meo ad po-
tandum. labiisque et dentibus eius rumi-
nandum. ¶ Vox ecclesie est que audiens se
laudari a sponso suo gratulabunda re-
spondit. Dignum dilecto meo ad potandum.
Ac si diceret. Guttur tuum vino optimo quo gut-
tur meum comparavit. et illud vinum dignum
est ad potandum ipsi dilecto meo. Hec est predi-
catio evangelica quam in meo ore posuit per
ipsum et non per alium. Dignum debet immun-
do. Neque enim per alium decebat mysteria
regni celestis predicari in mundo quam per
conditorem dei et hominum. Et labiis in-
quit et dentibus illius ruminandum. La-
bia et dentes sponsi ut supra dictum est
doctores sancti sunt. Illud vero vinum optimum
ruminandum est labiis et dentibus sponsi
quia predicatio evangelica a doctoribus trac-
tanda est et exponenda. nec absurdum
est quod cum vinum potetur et non ruminetur
hic tamen dicitur labiis et dentibus ruminandum
quod magis ad cibum quam ad potum pertinet.
Nam sancti doctores vinum spirituale rumi-
nant qui precepta evangelica diligenter exe-
cunt et crebra meditatione investigant
atque ad invicem conferunt. ¶ Ego dilecto
meo et ad me conversio eius. Ego dilecto
meo servandis obsequium iustitie et de-
votionis impendo. illi et non alteri fidem
meam et castitatem promitto. Et ad me
conversio eius. ut me rapiat in mea la-
bores huius seculi adiuvet et in futuro
ad gaudia patrie celestis inducat.
Potest etiam hec vox synagoge esse de

persona sanctorum patrum adventum Christi deside-
rantium. Ac si diceret. Scio nunc illum spiritua-
li presentia in semper adesse. et ideo dilecto meo
omni devotione famulari cupio. Et
ad me conversio eius. quia opto ut tandem
sic promissum in mea substantia ut appare-
at. Nam super dixerat sponsus. Ascendam in
palmam. id est promisit se in carne venturum
et pro humano genere passurum. et inde iam gra-
tulabunda dicebat. Ego dilecto meo
et ad me conversio eius. id est credo illum
hominem futurum in mea substantia. ho-
minem sic manifestandum venturum in mun-
do. ¶ Veni dilecte mi egrediamur in a-
grum commoremur in villis. Eadem synago-
ge vox est. Veni iam dilecte mi. id est appare
per assumptum hominem. tale est et illud
psalmiste. Excita domine potentiam tuam et veni. Et
Esaias. Utinam dirumpes celos et ve-
nires. Egrediamur in agrum mundi. id est predi-
cemus Christum. Commoremur in
villis. id est ipsis quoque paganis fidem tuam an-
nuntiemus. Nemo non sit paganos
a villa dictos. quia pagos grece vil-
la dicitur latine. unde et pagani dicti sunt
quia longe sunt a civitate dei. Potest etiam
vox ecclesie esse. Veni dilecte mi. ac si diceret
Iam initio ascensionis assumptum
hominem ad celos sublevasti. Et veni
divine maiestatis presentia me sepius
visitando. Egrediamur in agrum. Eo-
dem sensu quo superius profitemus
fidem tue incarnationis mundo.
Commoremur in villis. id est ignorantibus et
te paganis tuam fidem annuntiemus. N